

P. lat. rec.


1308

*L. 16. 11. 11*  
**EPICEDIA**  
BEATIS MANIBUS  
Reverendi & Amplissimi Viri,

**D N. C A S P A R I**  
BITSCHII, Jcti, ET ANTE-  
CESSORIS IN INCLYTA UNIVERSITATE  
Argentoratensi, Facultatis Juridicæ Senio-  
ris & p. t. Decani; nec non Collegiatae ibidem  
Ecclesiae Thomanæ Præpositi longè  
meritissimi:

*QUI MULTIS MAGNISQUE  
CORPORIS INFIRMITATIBUS PATIENTIS-  
sime superatis, in Christo Servatore pie placidèg, expira-  
vit 2. Septembris, hor. I meridiana: Anno Sa-  
luti 1636. ætat. 57. Professionis 28.*

DICTA ET DICATA  
AB  
AMICIS ET STUDIOSIS.



ARGENTORATI,

*Excidebant Heredes Wilb. Christiani Glaseri,  
Academia Typographi.*

M. D. C. X X X V I.



U& reduces tepida devoluis fata  
per orbes (sinu,  
Vita, perpetuo non requieta  
Parca severa, hominum fait  
bene conscientia Parca,  
  
Adq, preces surdi dura ministra satis,  
Bacchari caput in nostrum te posse nocentum  
Jam dudum scieram, morte jubente, probè.  
Quis tecum affl. pepigit, genus in quid posse Deo-  
BITSCHIUS ecquonā jure tibi petitur? (rum  
Justitia decus aeternum jacet ecce supremum?  
Ecce jacent patrij pignora certa poli?  
Quis sanctos themidos referabit quasō recessus,  
Ista arcanorum clave, manuq, probā?  
Divitias doctrina antiqua quisq, docebit?  
Thesaurus veteris luxerat ille boni.  
Vir veteris secli condus. Solimq, fuit set,  
Æquasset veterum non minor usq, decus.  
Secula proh rerum lacrymosa perennibus undis!  
Proh vita caries, cura metusq, mala! (nasci  
Amplius haud liceat deinceps, Deus optime,  
Nam præsens mors est, vivere posse, homini.  
F. Joh. Georg. Dorscheus D.

R Arum Scholæ καιρήλιον, rarum decus  
Heu! BITSCHIUS letho est datus.  
Jurisperitus conscientia memor  
Et Christiani nominis:  
Philosophus, at non servus: Orator gravis,  
non leguleius simius:  
Philologus at non turgidus leno sui,  
annosam ob umbram semideus:  
Pius Deo, æquus omnibus, sobrius sibi:  
Homo, sed antiquâ fide.  
Helluo librorum & criticus, non prodigus  
scriptor: sed æquus criticus  
εγνω prius, postea κατέγνων. VIR BONUS.  
Præpositus humilis, inque publicum bonum  
privæ administrator rei:  
Docto suavis ore, nemini gravis:  
Morbost tulit, cruces tulit,  
patientiùs num fortius vix dixerim,  
gratus vel umbrâ corporis.  
Non vitiagulæ sed studendi industriam  
in corpore senili luit.  
Quæ rara si sunt, uti sunt rarissima  
verè profectò dixerim  
Rarum scholæ καιρήλιον, rarum decus  
heu! BITSCHIUS letho est datus.  
Supremus in beatissimè defunctum  
Patronum honor

Ioh. Conradi Dannhauseri, SS. Theol. D.  
Prof. ord. & Eccles.

A D Patristumulum sparsisti lilia quondam,  
Egregium Themidis Justitiaq, decus.  
Hujus honoris ego non immemor alba vicißim  
Ad tumulum mastus lilia spargo tuum:

Exuviisq; tuis vili sub pulvere terra  
 Lugubri optatam voce precor requiem.  
 Namq; beata anima non fas est multa precari:  
 Cūm sacra aeternū vivat in arce DEI:  
 Nec decet optare, ut nomen pralustre perennet:  
 Illud enim stabit, dum vehet astrapolus:  
 Dūm locus ullus erit doctrina Juris & Aequi,  
 Nobile durabit nomen honorisq; tuus.  
 Urbs, Schola, Collegium Thomanum pectore grato  
 Cantabunt laudes, Magne Vir, usq; tuas.  
 Urbs dicet, fido jam sum privata Patrono  
 Caufarum, sancte & Praefule Justitia.  
 Doctorem celebrem, dicet Schola, Juris & Aequi  
 Amisi similem quæ mihi secla dabunt?  
 Collegium Thoma lachrymarum flumina fundet:  
 Prepositi tanti quod spolietur ope.  
 Summe DEUS, nostrit tandem miserere, & amoris  
 Igniculus solitos exere quæso tui:  
 Martis inaudita rabie, pestisq; furore,  
 Et feritate famis viscera nostra premis.  
 Sufficit, alme Parens, ira moderare rigorem:  
 Nec posthac nobis eripe fulcra Scholæ.  
 Quin potius longæda prospera tempora vitæ  
 His qui discentes cum ratione docent:  
 Custodi Patres Patriæ, qui iurauentur:  
 Quig, gregem magna dexteritate regunt.  
 Vivere da Pylios fidis Pastoribus annos,  
 Qui nobis monstrant pacua vera DEI.  
 Dira lues pestis fugiat: fera prælia Martis:  
 Cessent: hinc abeat pernicioſa famæ:  
 Aurea Pax redeat, redeat Pax optimarum,  
 Quas homo subtili fingere mente potest:  
 Sancta colat cœlo terras Astræa relicto:  
 Frugibus & lati condecorentur agri.

Sic

Sic tibi de memori promemus pectore grates:  
 Atq; extollemus Nomen in orbetum.  
 Non erit ulla dies, quæ non sit laudis honorem,  
 Conditor omnipotens sponte datura tibi.

Collegæ, Compatri & Amico quondam jucundissimo, nunc desideratissimo

Paucos hosce elegos lugubri voce canebat  
 Melchior Sebizius, Med. Doct. & Prof.  
 Com. Pal. Cæl. & Reip. Physicus.

**P**racticus atque Theoricus: excellenter utrumque  
**BITSCHIUS**, excellens inque Schola, inq; foro,  
 Rarus utrumque simul. sibi quippe Scholastica totum,  
 Atq; Fori totum poscit arena virum.  
 Quid tandem? inter utrumque excellens pallet in Urna.  
 Hæc via carnis: hic est Mortis in orbe stylus.

Dn. Preceptor i ultimum vale scripsit  
 in strepitu forensi

Blasius Eggen, P.L. Major. Senat.  
 Procur. Argent.

**F**as & iura silent, subsunt & fortibus armis,  
 Nostro quæculo maximus orbis agit:  
 Et, quondam in terris, quos alma Astræa reliquit,  
 Cultores Juris Justitiaeque citat.  
**BITSCHIUS**, hos inter, ceu cætera lumina Phœbus,  
 Hac itidem Fati lege citatus, abit.  
 Est privata viro magno Respublica nostra:  
 Magnum amiserunt pulpita nostra virum:  
 Amplum collegium factum est sine nomine corpus:  
 Et corpus mancum, parte cadente, jacet:  
 Patre domus: multi magno Fautore Patronoque  
 Orbati: heu quoque fors illa sinistra mea est!

Johannes Fritsch.  
 So

**G** O fäst der trefflich Mann/ von dessen Hand entsprossen.  
 So mancher schöner Baum/ von dessen reicher Frucht!  
 So manches Fürstenhaus/ so manche Statt abbricht/  
 Dar durch sich das erhalt/ was noch nicht gar verslossen.  
 Wehe mir der letzten Ahr/ die seine Hand begossen  
     Mit höchster Frey vnd Fleiß/ ehe seiner Augenlichte  
 Des kurzen Lebens lauff hat gähnlichen verricht/  
 Vnder sein' hohe Sinn in diesen Sarc verschlossen.  
     Doch wann es möglich ist/ daß so ein hoher Sinn  
 Sich in ein enges Grab verblichen leget hin/  
 Dem die gelehrte Welt zuvor zu klein gewesen/  
 So sag ich dir zu leht/ daß man noch solle lesen  
     Von Ahren Früchten ein/ darauff man könne sehn  
 Herr Doctor Birschen Nam ewig geschrieben sehn.

Paul Friederich.

**G** O Du fährst du auch dahin/ vnd mehrest unsrer klagen/  
 Du weitberühmter Mann! zwar in fast alten Tagen/  
**G** O Uns aber viel zu früh: vns/ die wir dieser Zeit  
     Am allernöthigsten bedrissen solcher Leuth/  
 Als du gewesen bist. Dich hat nicht hinderschlichen  
 Der Ehreitk/ welchem sonst noch wenig seyn entwichen.  
 Dein tapfferer Verstand hielst dieses für gering/  
 Was manchem Witzig scheint: das Zanck. gebährend ding/  
 Das vieler Stichblat ist/ hast du nur aufgelachet/  
 Und ja nicht hoch geschätz was das Gesindlein macht/  
 Das mehr in Meynungen als gutem Wissen hat.  
 Die musten fürchten dich auff wollehrem Pfarr/  
 Und schreyt dich nicht nur ein cynigs Liedlein singen:  
 Dein Reicheil war bewahrt in allen denen dingen/  
 Die einem klugen Sinn zuwissen nohtig seyn.  
 Du iratest eben schier wie Julius herein/  
 Wann deiner Rede bach sich anstieg zuergießen:  
 Warauff sich andere gar lang bedencken müssen/  
 War in dem Vorrath da. Die Sachen vnd Geschicke  
 Der Alten hast du für der Hörer Angesichte  
 Mit Farben schöner Wort so künstlich abgemahlet/  
 Dazihnen alles das/ so Phobus überstrahet/

Vnd

Und je gesehen hat/ vor Augen gleichsam lag.  
 Du gahst das rechte Recht freymuthig an den Tag  
 Ohn Aufsucht/ ohn Räuck/ ohn vmbge!chn eiffies Erehen/  
 Die Feder musste dir in Wahrheitsschränken gehen  
 Und nicht auff Nebenweg. Der/ so das Schwerde führt/  
 Und über alles herrscht/ hat dein Herz so gerührt/  
 Das es in Eitelkeit der Welt nicht wolt ertrinken.  
 Wie früh das Sonnenlichte die Stralen ließe blincken/  
 Schwangst du die Augen auf/ vnd bildest dir eyn/  
 In was für einem Glanz auch du bald werdest seyn.  
 Ist dann der helle Mon zu Abend auffgezogen  
 Mit seinem Sternen-Heer/ hast du bei dir erwogen/  
 Was in dem Himmel selbs dann für ein Herrlichkeit  
 Dir bald erscheinen werd; vnd in was grosse Freyd  
 Erst neulich auch vor dir sey deine Tochter kommen.  
 Kurz hast du dir darauff den festen Schluss genommen:  
 Du wollest in der Welt nicht mehr gefangen seyn.  
 In den Gedanken kam dir halb-verzückten eyn/  
 Du sehest allbereit des Himmels Thor auffgehen/  
 Und Gott in seinem Eiche vnd Allmacht vor dir stehen/  
 Der dich heys willkommen seyn. In dessen bricht die Seel  
 Auf ihrem matten Leib/ vnd schwinge sich also schnell  
 Warhaftig auf der Welt: daß die/ so bey dir stehen/  
 Nicht wissen/ wie es so geschrwinden nur geschehen.  
 Sie sehn erstarrtet da/ sieht eins das ander an/  
 Und laufst: ob es auch ein jedes glauben kan/  
 Dass du verschenden bist? Ach ja! du bist verschenden/  
 Es schwäbet deine Seel nunmehr in höchsten Freyden/  
 Dir ist erwünschter wol. Uns aber Angst vnd bang;  
 Die wir noch länger hier in Ende-losem Zwang  
 Und tausendfacher Noth betrübet müssen wallen.  
 Insonderheit ist uns dein Abscheid jek vor allen  
 Der größten Leiden eins. Wie sehr beweinet dich  
 Die Hohe Schul alhic! wie grausam lämmertlich  
 Sielt sich der ganze hauff der vnder sie gehöret!  
 Die du so trewlich hast den Rechens-weg gelehret/  
 Die schreyen überlaut/ mit Windung ihrer Händ/  
 O Warter: bist du tott? so hat die Freyd ein end.

Isaias Kämpfer.

**Q**uis mihi sopitos animabit spiritus ignes,  
Sufficietq; novas desueta in carmina vires,  
Quando tibi meditor cælorum sedere recepto  
Quos possum, non quos meruit tua gloria versus,  
Sancte senex BIT SCHI, non tam confecte senecta  
Quam senio magnisq; brevis conatibus ævi?  
Si mea par esset, nec tanta infantia, virtus,  
Ut dignum virtute tua meritisq; brabeum  
Fingeret, heu nimius premeret mea pectora luctus,  
Nec sineret Musam, vano nisi carmine, fari.

Si tamen & tenuis quoq; sunt fundenda Camenæ  
Verba, quibus patrem pia communemq; Patronum  
Laudet, & ad tumulum justo squallore sequatur,  
Sufficit è multis unum proferre, quod instar  
Irrigui fueris rivi, quo siccari rigantur  
Prata, madent horti, frondesq; herbæq; revivunt,  
Quas prius exhausit Solis violentior æstus.  
Namq; tuos, olim qui te genuere, parentes,  
Et tibi sanguineo quos copula junxit amore,  
Fovisti largus multis nutritor ab annis;  
Hac tu non alia laudari laude volebas.  
Hos igitur tumulo versus, nihil amplius, addam.

**BIT SCHIUS** hoc cineres agro tegit, ille parentum,  
Ille propinquorum qui sustentatio quondam  
Vixit, & angustis felix in rebus asylum.  
Cetera dona viri, pietas, candorq; fidesq;,  
Ingenium, geminiq; ferax prudentia Juris,  
Et tenor exactus linguarum, & multa supplex  
Artis, & omnigenæ virtutis, singula totum  
Attonitis complevit terrarum mensibus orbem.

Honoratissimo Dn. Patrone & Promotori suo scr.

M. Samuel Glonerus P. L.

Rhene

**R**HENE pater, seu te jam Mars furialibus atmis  
Territat, & solitos celerat formidine cursus,  
Seu tua perpetuus crevit vehementia nimbis  
Et vastum in pelagus properas, irasque metusque  
Evomere, ac lapsu sisti indignante superbis;  
Undarum rex magne, tuam moderationis Urbem  
Respice, nec tantos jam præterlabere luctus.  
Præcipe parva tuo, turbet licet & fremat, amni  
Otia, cognatos mætores præcipe nymphis,  
Dum tenuis magni exuuias & funera **BIT SCHI**,  
Qua decet & fas est, tumulo pietate locamus.  
Dum tibi tot nostri causas exponere questus,  
Dum privata tibi, dum publica damna licebit;  
Fallor an immites cogemus scilicet illos  
Consentire malis vultus, ac vulnera flere,  
Argyrope quæ nostra tulit, quæ doctior orbis.

**BIT SCHIUS** à nobis, magnum & memorabile nomen;  
**BIT SCHIUS** à nobis fletur, seu disceret cuncta  
Vis simul, extintas artes, quot nemo referre,  
Nemo queat laudare, extintas in capite uno  
Virtutis totius opescum fœnore toto  
Flemus, nec ferme (ignoscat sapientia fassis)  
Nosse modum fletus, nec amant mitescere freno,  
Qui penitus tota federunt mente, dolores.

**BIT SCHIUS** à prima celebris pietate juventa,  
**BIT SCHIUS** in tota virtutum regula vita,  
**BIT SCHIUS** in vano nil vanum doctus amare  
Orbe, vir ingenio, vir priscis moribus ævo  
Maior, vir vere, si quisquam, proximus astris;  
Postquam adventantem iam longo tempore mortem  
Sustinuit, postquam vires excessit & annos,  
Postquam excusanti se frustra, instare senectæ  
Certus, vitæ ipsa produxit tempora morte,  
Nunc iacet exanimus, tantisque ex morte trophæis  
Laudes ipse suæ orbi, sed vulnera nostris  
Mentibus impingit, solatia luctibus implens.

Heu columen recti, heu crudi reverentia sæcli,  
Heu mora doctrinæ pereuntis, & inclytus auctor

B

A utum

'Aurum ævi veteris grassanti opponere ferro!  
Te decus urbs omnis, te fert Academia patrem,  
Te lumen cecidisse suum par luctus utrumque  
Indicat, & meritis flet grandibus utraque compos.

Seu tu Cæsarei prima incunabula iuris  
Pandebas cupidis; seu quicquid sanctio prisca  
Romulidum edictis aut legibus edidit orbi,  
Pleno admiranti fundebas flumine turbæ;  
Seu quæ feudales involvunt plurima ritus  
Explicuisse gravi facundia maluit ore.  
Sive etiam dubiis exercita curia caussis  
Consilio firmata tuo plana omnia sensit,  
Sive suis multum Thomani demere curis  
Præside Te Patres potuere, labore fideque  
Et sollerte illo, quod norant, pectore freti.

Quid memorem sacercli tibi cognita cuncta vetusti,  
Quid, quas est homini fas artes discere, cunctas,  
Quid totum, vasta quem pridem mente tenebas,  
Orbem? Non paucis, rudibus non detero verbis,  
Quæ lassare queant magnæ molimina vocis,  
Quæ nemo melius, nisi BITSCHIUS ipse volent  
Exponat sæculo. Quanquam quid querimus? omnes  
Ipse suas pridem vivacibus indere scriptis  
Aggressus laudes, solem complevit utrumque  
Gloria, & ætates devinxit amatoe futuras.

Atque ego, qui duris indoctus versibus ingens  
Fœdo decus, si forte meas, si forte revisat  
Fausta quies Musas, si fors fordentia curis  
Pectora liberior vegetarit spiritus, omne  
Ingenium tantis laxabo laudibus, omnis,  
Quæ nunc multipli cupit obmutescere luctu,  
In tantas solvet se tunc veneratio dotes.

Rhene pater strepero rursus impetuosior amne  
Decurre, & ripam lugubri murmure utramque  
Ipsumque Oceanum comple, nec luctibus issis  
Immunem finito quenquam, qui novit honestum,  
Aut rectas didicit curare haud barbarus artes.

Io. Henricus Boëclerus.  
BITSCHI-

BITSCHIUS in tenues Animam cum funderet auras,

Et jam defuncti conderet ossa solum.

Circa urnam vase querulo clamore Camœne,

Et cecinit mæsto nania queque sonó.

Heu mihi! prima Themis clamat, quæ gloria nostra

Labitur, heu labor! heu cadit! heu cecidit!

Heu mihi! lux æqui cecidit, iuriisque sacerdos!

Heu mihi! sol cecidit, heu mihi! fama perit.

Plura cupit; sed plara nequit, vox deficit omnis,

Singultus rampunt pectora mille novi.

Hanc sequitur Peitho, lachrymosis vocibus implens

Æthera, pullatæ vestigia damna docet.

Heu mihi! mellæ meis rapuit Libitina labellis!

Heu mihi quæ tanto sum viduata viro.

Inlyta quam sequitur gestarum nuncia rerum,

Et dolet Atlantem iam cecidisse suum;

Hunc pietas luget canos lacerata capillos;

Huncque genis madidis Phœbe relicte gemis.

Ipsa caterva sop. um fulcrum cecidisse gemiscit,

Atque patrem Aonius luget abisse chorus.

In primis Themidis pulli; iuriisque Clientes,

Ad tumæ resident voce gemente fores.

Prima Elementa dolent, legum canabula plorant,

Hoc pereunte etiam se periisse putant.

Hunc Digesta gemunt, vultu indigesta laborant;

Hoc clauso codice clausus erit.

Sed frustra planctus! frustra lugitis ademptum,

BITSCHIUS æterni facta Novella poli.

Feuda caduca solo, sunt feuda perennia cælo,

Fricum investivit quam benedicta Trias.

Desideratissimo Dn. Preceptoris scripta

Joh. Heinrichus Schill.

 In reicher Geyst/ der mit der Eugent allet/

Bnd mit Verdienst dem Lob die Bahne macht/

Der statigs ob dem Rechten fleißig halter/

Bnd ohne falsch des andern Nutzen wacht/

Soll kläglich hie von vns beweinet werden /

Wij

Wana

Wann jhn der Todt auf seiner Wohnung treibe?  
 Und reisset ihn von dieser schnöden Erden  
 Da vast nun nichts, als Schand vnd Laster bleibt.  
 Gleich wie man pflegt vmb einen Riß zu trawren/  
 Wann von der Wand eyn starker Pfeuler falle/  
 Wann gresse Steyn' auch reissen von der Mawren/  
 Die etwas guts in ihrer Huet behält:  
 So solle ja riel höher sein beflaget.  
 Eyn solcher Geyst / der von vns ist getrennt/  
 Der nimmer wird vmb eynen Raht gefraget/  
 Wie dieses Leyd' vnd jenes werd gewendet.  
 Herr Doctor Bisch / dem von den grauen Haaren  
 Sein würdig Haupt, so herlich war gezicht/  
 Hat bei sich bis zu disen bösen Jahrn/  
 Auch eynen so geschickten Geyst geführt.  
 Da Unrech mit Gewaltsamkeit belehret/  
 An allem Ort dem Armen stürmte ein/  
 Da hie die Grub' vnd dort der Strick bereytet/  
 Das keiner kaum mehr könnte sicher sein:  
 So wusste er dem Strick eyn Strick zu binden/  
 Und wie man ihm auch müsste lösen auff/  
 Er wusste wo der rechte Weg zu finden/  
 Da eynen nicht erhasche der Erieger Hauff.  
 Was andere eyn' hohe Eugend schekten/  
 Das war key ihm gewöhnlich allezeit:  
 Was wider Recht sich etwa wolte sezen/  
 Das konnte er bald jagen in die weit.  
 Wil hat er ihm mit vistem Werck erweisen/  
 Wil hater auch mit viler Geschicklichkeit  
 Verbunden/ daß er höchstlich war zu preisen/  
 Und daß sein Rhum erschallte weit vnd breit.  
 Du sollest ja / O Straßburg / ihme leysten/  
 Für seine Drew / was Drew veraisst nicht/  
 Du hohe Schul bist auch am allermeysten  
 Der Eugend / die unsärlich ist / sei pflichte.  
 Se nschöner Geyst / war dir als eyne Sonne/  
 Die ihren Glanz auch durch die Wolcken schlägt/  
 Ja wie von Goldt / war er dir eyne Krone/

Die

Dieman nur in den höchsten Ehren trage.  
 Ach! aber sie ist dir jetzt abgewichen/  
 Dein leydig Haupt ist ihrer jetzt beraubt:  
 Dein heller Glanz ist an ihm dir verblichen/  
 Ohn welchen du zu sehen nicht geglaubt.  
 So trawre danu / laß deine Augen giesen  
 Vtil Thränenfluss / in dem du nimmer hast  
 Den reichen Geist / laß schwere Seufzer schiessen/  
 Es menge sich mit wehnen deine Rast:  
 Doch solt du nich verkehren deine Sitten/  
 Dann seine Seel ist in die Rhu gerückt/  
 Sie hat zweyndie Läffte durchgeschnitten/  
 Du stehst für Gott mit Heiligkeit geschmückt.

Joh. Matthias Schneber.

*Ad Favonium.*

V Eris purpurei pater, Favoni,  
 Tristis grate nivis fugator, auræ  
 Immitis moderator, hospes atque  
 Hortorum viridantium colore,  
 Rosarum yage dulcium minister,  
 Quarum hinc inde velhis suave nectar  
 Alis leniter abditis susurrans;  
 Jamiam delicias tuumque munus,  
 Jam suspende simul, placere nobis  
 Læto tempore quo potes cupisque:  
 Mox mox nuncius i per universum  
 Orbem, quaque polum comæ rubentis  
 Sol primo imbuuit & respertit auro,  
 Et noctis tacitum astra fulva blandis  
 Qua currum incipiunt sequi choreis.  
 Pulsa limina & omnium pitorum,  
 Cunctorumque fores domosque pulsa  
 Doctorum, gemituque flebilique  
 Spirans murmure, perpetes querelas  
 Et indice pias aquas ocellis.  
 Si causam subiti petent doloris:

B 3

Cuius

Cuius consilio, inquietus, suavem  
Exemplaque putatis esse vitam  
Jacet **BITSCIUS** abditus sepulchro.

*M. Samuel Schallesius.*

**H**eu cogor rursus lethi celebrare triumphos,  
Flere Patroni abitum Flere Patroni obitum!  
Magnus ubique pavor, rodit praecordia luctus,  
Dum linquis mundi, magne Patrone, iubar!  
Effundit lacrymas tristatus ocellus uterque,  
Heu mihi nunc oculus plorat uterque mihi!  
Scribere dum cogor magnum cecidisse Patronum,  
Hincque salutem omnem iam cecidisse meam!  
Luctu corda tument, resonant ululatibus aedes,  
Quod patrem fidum quisquis abesse videt.  
Verum quid? Lacrymae si possent reddere vitam,  
Reddiderint vitam, chare Patrone, tuam  
Iam dudum. tantum dolor est & lacryma testis  
Hocce salutem omnem iam cecidisse die.

*sic*  
Magnum suum Patronum ac Hospitem benigniss:  
summe contristatus desiderat

*Joh. Philippus Orth.*

Ocellus ille **BITSCIUS** Scholæ fuit,  
Ocellus ille Juris & Dices fuit,  
Ocellus ille busto clauditur Scholæ.

*Elias Kolbius.*

**T**otam Mors urbem curvatâ falce pererrat,  
Nunc sordes hominum, nunc necat arte graves.  
Quot singultantes animas è pectore fundant  
Noctu, demonstrant sidera pulsâ die:  
Peste domos avidâ solatas cernit ab alto  
Cœlo Aurora rubens, audit & hinc gemitus:

*Pigno-*

Pignora chara vocant patrem, matremque peremptos,  
Funere sed mersis vox procul omnis abest.  
**SIC VENERANDE SENEX** subita TE morte cadentem  
Pignora turbato pectore quinquevocant,  
Extendunt erga dulces TE brachia Nati  
**BITSCI**, at vitalis fugerat ossa calor,  
TE studiosa cohors oculos suffusa rubenteis  
Deplorat lachrymis *Injustitia columen*,  
Et stimulis agitata iraruni fluctuat æstu,  
Quod non obscurum Mors necet ense virum:  
Alta sed excipiunt spirantes ut juga ventos,  
Sic capiti quoque Mors objacet ingenuo.  
**TU** nunc *Injustitia columen* requiescis in imis  
Visceribus Terraæ tutus ad usque diem,  
Quo Tuba Ter Summi revocabit morte peremptos  
Ad vitam, tradet coelica regna piis.  
Nos tamen interea submissâ voce precamur,  
Proruat Altitonans ne pede fulcra Scholæ,  
Defendet reliquos dextrâ sed in urbe docentes,  
Erudiant animos dexteritate rudes.

*Lugens f.*

*Bernhardus Lößlin.*

**E**t si quotidie celer subit Sol  
Vndas, attamen alma reddit illam  
Lux: quamvis etiam arbores quotannis  
Priventur foliis suis, Boreo  
Ventus impete cum quatit cacumen:  
Tamen vere novo, calens pruinias  
cum Sol montibus excoquit citisque  
Algens se Zephyris humus resolvit:  
Ornantur foliis novis subinde:  
Cum nobis semel alta nox perennés  
Involvit tenebras; nec ullus unquam  
Dies exorietur: & sepultis

*Immiss-*

*Immutabile frigus ibit umbris.  
Dōnō buccina nos Dei vocabit  
Ad durable ver, diemque firmum.  
Quamvis exuviae potentis ehen  
BITSCHI consiliis, themis medulla,  
Qui, firmata fuit columna nostri  
Lycei, quoque sub solo putrescant;  
Tamen vere novo redibit urnā,  
Quando buccina latior sonabit.*

Joh. Ulricus Dürz.

*Qui modo deposituit miseranda tādia vīta,  
Hunc poterit tristis non revocare dolor.  
Sic cum te BITSCHI lethum traduxit in ambras,  
Qui fueras Juris summum utriusq; decus:  
Nec lacryma possunt revocare, nec ardua vota,  
Quem vota & lacryma totius urbis amant.  
Atque optant tristi de morte reducere posse,  
Sed bene habet, votis sit lacrymisq; modus,  
Sufficit hanc urbem meritis orbemq; beasse  
Te, BITSCHI, Juris summum utriusq; decus.*

Debitæ condolentia ergo posuit

J. J. Frid.

- F I N I S .



Univ. Bibl.  
München